



ORDO
CANTUS MISSÆ

ORDO CANTUS MISSÆ

Prima editio, 1970

Reimpressio, 1974

Editio typica altera, 1988

Nova editio typica Ordinis Cantus Missae indicationes continet quoad cantus, quae in priore editione non inveniebantur: pro aspersione aquae benedictae in Missa dominicae, pro oratione fidelium, pro Missa votiva de Ecclesia.

Adduntur etiam indicationes cantuum pro duabus celebrationibus, quae Calendario Romano generali post annum 1969 sunt inscriptae: celebrationes scilicet S. Maximiliani Mariae Kolbe, die 14 augusti, et Ss. Martyrum Coreae, die 20 septembris.

Indicantur insuper fontes cantuum antiquorum, qui anno 1969 sunt denuo introducti quique in antiquo Graduali Romano non reperiebantur.


MISSALE ROMANUM
EX DECRETO SACROSANCTI ECUMENICI
CONCILII VATICANI II INSTAURATUM
AUCTORITATE PAULI PP. VI PROMULGATUM

ORDO
CANTUS MISSÆ

EDITIO TYPICA ALTERA



LIBRERIA EDITRICE VATICANA
MCMLXXXVII



SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

Prot. n. 631/72

DECRETUM

Thesaurum cantus gregoriani, quem traditio usque ad nostram ætatem transmisit, sancte esse servandum et opportune adhibendum Concilium Vaticanum II in Constitutione de sacra Liturgia (nn. 114 et 117) expresse declaravit.

Ut hæc ergo norma ad effectum deduceretur, præsertim post editos novos libros liturgicos, secundum mentem eiusdem Concilii Vaticani instauratos, Sacra hæc Congregatio pro Cultu Divino opportunum duxit quædam indicare, quibus Graduale Romanum novæ rerum condicioni accommodaretur et nullus textus deperderetur thesauri authentici cantus gregoriani.

Statuit proinde Sacra hæc Congregatio, de mandato Summi Pontificis PAULI VI, ut, qui celebrationem eucharisticae lingua Latina peragunt, in disponendis cantibus ad illam pertinentibus novam hanc ordinationem sequantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex ædibus Sacræ Congregationis pro Cultu Divino, die 24 iunii 1972, in Nativitate sancti Ioannis Baptistæ.

ARTURUS Card. TABERA
Præfector

✠ A. BUGNINI
Archiep. tit. Diocletianensis
a Secretis



CONGREGATIO
PRO CULTU DIVINO

Prot. 1140/86

DECRETUM

Post editos libros liturgicos, ex auctoritate Concilii Æcumenici Vaticani II instauratos, Congregatio pro Cultu Divino, ut GRADUALE ROMANUM novae rerum condicioni apte accommodaretur, anno 1972 textum edidit ORDINIS CANTUS MISSÆ, qui thesaurum cantus gregoriani, ab antiquo usque ad nostram ætatem transmissum, sancte servaret ac opportune eundem adhiberet in eucharisticis celebracionibus peragendis.

Quattuordecim interiectis annis a priore textu edito, nunc in lucem prodit editio altera ORDINIS CANTUS MISSÆ, modo convenienti recognita, ita ut qui in celebratione eucharistica lingua latina utuntur, in disponendis cantibus ad Missam pertinentibus hic exhibitam ordinationem sequantur.

Congregatio pro Cultu Divino novam hanc editionem publici iuris facit atque typicam esse declarat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis pro Cultu Divino, die 22 novembris 1986, in memoria S. Caeciliae, virginis et martyris.

PAULUS AUGUSTINUS Card. MAYER
Præfector

✠ VERGILIUS Noë
Archiep. tit. Voncarien.
a Secretis

PRÆNOTANDA

I. DE INSTAURATIONE GRADUALIS ROMANI

Instauratio Calendarii generalis et librorum liturgicorum, præsertim vero Missalis et Lectionarii, id effecit ut nonnullæ mutationes et accommodationes necessariæ evaderent etiam in Graduali Romano. Etenim, suppressis quibusdam celebrationibus in anno liturgico, veluti tempore Septuagesimæ, octava Pentecostes, Quattuor anni Temporibus, etiam Missæ ipsis respondentes auferendæ erant; quibusdam autem Sanctis ad aliud anni tempus translatis, opportunæ aptationes faciendæ erant; dum, e contra, novis Missis inductis cantus proprii erant providendi. Item nova ordinatio lectionum biblicarum requisivit ut nonnulli textus, ex. gr. antiphonæ ad communionem, quæ cum ipsis lectionibus arctius conlectuntur, ad alios dies transferrentur.

Huiusmodi Gradualis Romani nova ordinatio facta est, præ oculis habitis iis quæ n. 114 Constitutionis de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, præcipiuntur: « Thesaurus musicæ sacræ summa cura servetur et foveatur ». Authenticum enim repertorium gregorianum nullum detrimentum passum est; immo aliquo modo fuit instauratum, sepositis recentioribus imitationibus, textibus antiquis aptiore ratione dispositis, quibusdam adiectis normis, quæ ipsius repertorii usum faciliorem et magis varium efficerent.

Imprimis ergo curæ fuit thesaurum gregorianum authenticum integre servare. Proinde cantus ad Missas pertinentes, quæ in anno liturgico locum iam non obtinent, ad alias Missas formandas adhibiti sunt (ex. gr. pro feriis Adventus, pro feriis inter Ascensionem et Pentecosten), aut pro aliis substituti sunt, qui plures in anno occurront (ex. gr. tempore Quadragesimæ vel in dominicis per annum) aut, eorum indole permittente, celebrationibus Sanctorum attributi sunt.

Sed et viginti fere textus gregoriani authentici, qui decursu temporum ob varias mutationes inductas e repertorio deciderant, iterum in ipsum assumpti sunt. Provisum est quoque ne ullus cantus authenticus deturparetur vel mutilaretur, demptis ex eo quibusdam elementis, quæ cum aliquo tempore liturgico minus forsitan convenienter, prouti sunt *Alleluia*, quæ in ipso antiphonarum textu aliquando occurront cum notis, quæ partem integrum melodiæ constituunt.

Depositio autem partium, quæ tardiores exhibent imitationes *neo-gregorianas*, præsertim in festis Sanctorum, id efficiet ut authenticæ solummodo retineantur cantilenæ gregorianaæ, quamvis semper liceat, iis, qui maluerint, easdem melodias *neo-gregorianas* retinere et cantare. Nulla enim ex his plane expungitur e Graduali Romano. Immo pro nonnullis, quæ in usum universalem receptæ sunt (ex. gr. in sollemnitatibus Ss.mi Cordis Iesu, D. N. Iesu Christi universorum Regis, Immaculatae Conceptionis B. M. V.), nulla alia substituta est. Loco aliarum, e contra, proponuntur cantus ex authenticō repertorio selecti, eundem textum, quantum fieri potest, referentes.

Curæ denique fuit authenticum repertorium gregorianum, melodiis non authenticis purgatum, aptius disponere, ut nimiæ repetitiones eorundem textuum vitarentur, et eorum loco assumerentur aliæ partes, optimæ quidem formæ, quæ semel tantum in anno occurrunt. Hinc omnimoda industria est adhibita quo ditiora fierent Communia, omnibus collectis in iis cantibus qui alicui Sancto stricte propria non sunt, et proinde pro omnibus Sanctis eiusdem ordinis possunt assumi. Communia insuper ditata sunt pluribus cantibus, e Proprio de Tempore derivatis, qui raro adhibebantur. Rubricæ autem amplioram facultatem præbent hauriendi e Communibus noviter dispositis, ita ut necessitatibus quoque pastoralibus largius satisfiat.

Eadem fere ratione facultas tribuitur eligendi inter cantus ad Proprium de Tempore pertinentes: nam pro textu diei proprio alium textum eiusdem temporis licet pro opportunitate substituere.

Normæ quoque pro cantu Missæ, initio Gradualis Romani extantes, ita recognitæ sunt atque emendatae, quo clarius munus uniuscuiusque cantus appareret.

II. DE RITIBUS IN CANTU MISSÆ SERVANDIS

1. Populo congregato, et sacerdote cum ministris ad altare accedente, incipitur antiphona ad introitum. Eius intonatio brevior vel magis protracta pro opportunitate fieri potest, vel, melius, cantus potest ab omnibus simul inchoari. Asteriscus proinde, qui ad partem intonationis significandam in Graduali invenitur, signum habendum est solummodo indicativum.

Antiphona a choro decantata, versus a cantore vel a cantoribus proferatur, ac deinde antiphona resumatur a choro.

Huiusmodi antiphonæ et versiculorum alternatio haberi potest quoties sufficit ad processionem comitandam. Attamen antequam antiphona in fine repetatur cantari potest, ut ultimus versus, *Gloria Patri*, *Sicut erat*, per modum unius decantatus. Si autem *Gloria*

Patri peculiarem habet terminationem melodicam, hæc eadem terminatio in omnibus versiculis adhibenda est.

Si contingat ex versu *Gloria Patri* et antiphonæ iteratione cantum nimis protracti, omittitur doxologia. Si autem processio brevior est, unus tantum psalmi versus adhibetur, vel etiam sola antiphona, nullo addito versu.

Quoties vero liturgica processio Missam præcedit, antiphona ad introitum canitur dum processio ingreditur ecclesiam, vel etiam omittitur, prout singulis in casibus in libris liturgicis providetur.

2. Acclamations *Kyrie*, *eleison* inter duos vel tres cantores aut choros, pro opportunitate, distribui possunt. Acclamatio quæque de more bis dicitur, non tamen excluso numero maiore, attenta præsertim ratione artis musicæ, ut indicatur infra, n. 491.

Quando *Kyrie* cantatur ut pars actus pænitentialis, singulis acclamacionibus brevis tropus præponitur.

3. Hymnus *Gloria in excelsis* inchoatur a sacerdote vel, pro opportunitate, a cantore. Profertur autem aut alternatim a cantoribus et choro, aut a duobus chorus sibi invicem respondentibus. Divisio versuum, quam significant geminatæ lineæ in Graduali Romano, non necessario servanda est, si quis aptior modus inveniatur, qui cum melodia possit componi.

Quando fit, in Missis dominicæ, ritus benedictionis et aspersionis aquæ benedictæ, hic ritus locum tenet actus pænitentialis.

4. Quoties sunt duæ lectiones ante Evangelium, prima lectio, quæ de more e Vetere Testamento de promittur, profertur secundum tonum lectionis seu prophetiæ, et terminatur consueta forma puncti. Etiam conclusio *Verbum Domini* cantatur eadem forma puncti, omnibus deinde acclamantibus *Deo gratias*, iuxta modum in fine lectionum consuetum.

5. Post primam lectionem dicitur Responsorium Graduale a cantoribus vel a choro. Versus autem a cantoribus profertur usque ad finem. Nulla proinde ratio habenda est asterisci, quo indicatur resumptio cantus a choro facienda in fine versus Gradualis, versus ad *Alleluia* et ultimi versus Tractus. Quando autem opportunum videatur, licet repetere primam partem Responsorii usque ad versum.

Tempore paschali, omissa Responsorio Graduali, cantatur *Alleluia*, prout infra describitur.

6. Lectio secunda, quæ e Novo Testamento desumitur, cantatur in tono Epistolæ, cum clausula finali propria. Potest etiam cantari in tono primæ lectionis. Conclusio autem *Verbum Domini* cantatur secundum melodiam in tonis communibus notatam, omnibus deinde acclamantibus *Deo gratias*.

7. Secundam lectionem sequitur *Alleluia* vel Tractus. Cantus *Alleluia* hoc modo ordinatur: *Alleluia* cum suo neumate canitur totum a cantoribus et repetitur a choro. Pro opportunitate tamen cantari potest semel tantum ab omnibus. Versus a cantoribus profertur usque ad finem; post ipsum vero *Alleluia* ab omnibus repetitur.

Tempore Quadragesimæ, loco *Alleluia* cantatur Tractus, cuius versus alternativam canuntur a duabus partibus chori sibi invicem respondentibus, vel alternativam a cantoribus et a choro. Ultimus versus ab omnibus cantari potest.

8. Sequentia, si casus fert, cantatur post ultimum *Alleluia* alternativam a cantoribus et a choro, vel a duabus partibus chori, omissa *Amen* in fine. Si non cantatur *Alleluia* cum suo versu, omittitur Sequentia.

9. Quoties una tantum fit lectio ante Evangelium, post eam cantatur Responsorium Graduale vel *Alleluia* cum suo versu. Tempore autem paschali canitur alterutrum *Alleluia*.

10. Ad cantum Evangelii, post clausulam finalem propriam, additur conclusio *Verbum Domini*, prout in tonis communibus notatur, omnibus deinde acclamantibus *Laus tibi, Christe*.

11. *Credo* de more aut ab omnibus aut alternativam cantatur.

12. Oratio universalis iuxta uniuscuiusque loci consuetudines peragitur.

13. Post antiphonam ad offertorium cantari possunt, iuxta traditionem, versiculi, qui tamen semper omitti possunt, etiam in antiphona *Domine Iesu Christe*, in Missa pro defunctis. Post singulos versus resumitur pars antiphonæ ad hoc indicata.

14. Præfatione peracta, omnes *Sanctus* cantant; post consecrationem vero, proferunt acclamationem anamneseos.

15. Expleta doxologia Precis eucharisticæ, omnes acclamant: *Amen*. Deinde sacerdos solus invitationem profert ad Orationem dominicam, quam omnes cum ipso dicunt. Ipse autem solus embolismum subdit, quem omnes doxologia concludunt.

16. Dum fractio panis et immixtio peraguntur, invocatio *Agnus Dei* a cantoribus, omnibus respondentibus, cantatur. Hæc invocatio repeti potest quoties necesse est ad fractionem panis comitandam, præ oculis habita eius forma musica. Ultima vice, invocatio concluditur verbis *dona nobis pacem*.

17. Dum sacerdos sumit Corpus Domini, inchoatur antiphona ad communionem. Cantus autem eodem modo peragitur ac cantus ad introitum, ita tamen ut cantores sacramentum commode participare possint.

18. Post benedictionem sacerdotis, diaconus profert monitionem *Ite, missa est*, omnibus acclamantibus *Deo gratias*.

III. DE MODO ORDINEM CANTUS MISSÆ ADHIBENDI

19. Lectionum magna varietate in Missale Romanum introducta, dum cantus Missæ ex traditione recepti mutari non possint, idem formularium cantus componitur cum diversis lectionibus, iuxta cyclum trium annorum A, B, C Lectionarii pro dominicis statutum.

Item pro fériis resumuntur cantus dominicæ præcedentis, qui componuntur tam cum lectionibus unicuique diei temporum peculia- rium, nempe Adventus, Quadragesimæ et Paschæ, assignatis, quam cum lectione prima temporis per annum, iuxta cyclum duorum anno- rum I et II.

Patet cantus, qui relatione plus minusve stricta lectionibus uniun- tur, eas in fortuitis translationibus comitari debere.

20. Mutationes forte inducendæ in Proprium de Tempore in præ- senti Ordine signantur, post unumquodque formularium fundamen- tale, per hæc, quæ sequuntur, scribendi compendia:

A, B, C pro dominicis, sollemnitatibus et quibusdam festis;

I et II cum numeris feriarum (sabbatum numero 7 indicatur) pro fériis per annum;

soli numeri feriarum pro fériis ceterorum temporum.

Huiusmodi scribendi compendia remittunt ad alteram partem, in qua omnes mutationes conectuntur, nn. 136-141.

21. Norma præcipua, quam hic Ordo Cantus Missæ sequitur, talis est, ut Missale Romanum quam maxime in eius ordinatione observare contendat. Quapropter quædam formularia cantus translata vel com- mutata inveniuntur.

PSALMI AD COMMUNIONEM

22. Psalmorum versiculorumque numeri sumuntur ex editione appellata « nova Vulgata » (Typis Polyglottis Vaticanis, 1969). Hi versiculi ac versiculorum partes disponuntur ut in libro Liturgiæ Horarum (Typis Polyglottis Vaticanis, 1971).

23. Asteriscus post numerum psalmi positus, indicat antiphonam non esse e psalterio sumptam, ideoque psalmum propositum esse ad libitum. Quo in casu, alius psalmus, si magis placuerit, substitui potest, exempli gratia psalmus 33, qui ad communionem ex antiqua traditione adhibetur.

Quando psalmus 33 indicatur ut psalmus ad communionem, nulli plerumque versus selecti proponuntur, quia singuli valde convenient.

**ELENCHUS CANTUUM
QUI TRANSLATI SUNT AB UNA MISSA AD ALIAM
VEL QUI PLURIBUS MISSIS ASSIGNATI**

In hoc elenco indicationes singulorum cantuum fit ratione habita ad editionem typicam Gradualis Romani (Typis Vaticanis, 1908) eiusque additionum. Proinde etiam tituli dierum liturgicorum aut Missarum retinent denominationem, quæ in ipso Graduali Romano inveniuntur.

Index omnium cantuum invenitur infra, p. 205.

INTROITUS (IN.)

*Accipite iucunditatem, e feria 3 post Pentecosten.
Adorate Deum, e dom. III post Epiphaniam.
Audivit Dominus, e feria 6 post cineres.*

Benedicite Dominum, e dedicatione S. Michaelis, die 29 septembries.

*Caritas Dei, e sabbato Q. T. Pentecostes.
Cibavit eos, e festo Corporis Christi.
Circumdederunt me, e dom. in Septuagesima.
Clamaverunt iusti, e festo Ss. Quadragesima Martyrum, die 10 martii.
Cogitationes Cordis eius, e festo Sacratissimi Cordis Iesu.
Cognovi, e Communi nec virginis nec martyris.*

*Da pacem, e dom. XVIII post Pentecosten.
De necessitatibus meis, e feria 6 Q. T. Quadragesimæ.
Deus, dum egredereris, e feria 4 Q. T. Pentecostes.
Deus in loco sancto suo, e dom. XI post Pentecosten.
Deus, in nomine tuo, e feria 2 post dom. IV Quadragesimæ.
Dicit Dominus: Ego, e dom. XXIIII post Pentecosten.
Dicit Dominus: Sermones mei, e festo S. Clementis I, die 23 novembries.
Dignus est Agnus, e festo D.N.I.C. Regis, dom. ultima octobris.
Dilexisti, e Communi virginum I.
Dispersit, e vigilia S. Laurentii, die 9 augusti.
Domine, ne longe facias, e dom. in Palmis.
Domine, refugium, e feria 3 post dom. I Quadragesimæ.
Dominus fortitudo plebis suæ, e dom. VI post Pentecosten.
Dominus illuminatio mea, e dom. IV post Pentecosten.
Dominus secus mare, e vigilia S. Andreæ, die 29 novembries.
Dum medium silentium, e dom. infra octavam Nativitatis Domini.
Dum sanctificatus fuero, e feria 4 post dom. IV Quadragesimæ.*

*Ecce oculi Domini, e festo Ss. Nerei et sociorum, die 12 maii.
Eduxit Dominus, e sabbato in albis.
Ego autem cum iustitia, e feria 6 post dom. II Quadragesimæ.
Ego autem in Domino speravi, e feria 4 post dom. III Quadragesimæ.*

Ego autem sicut oliva, e vigilia unius apostoli.
Ego clamavi, e feria 3 post dom. III Quadragesimæ.
Esto mihi, e dom. in Quinquagesima.
Exaudi, Deus, orationem, e feria 3 post dom. IV Quadragesimæ.
Exaudi, Domine ... adiutor, e dom. V post Pentecosten.
Exaudi, Domine ... tibi dixit, e dom. infra octavam Ascensionis.
Exaudi nos, Domine, ant. e feria 4 cinerum ad benedictionem cinerum.
Exaudivit, e Missa Rogationum.
Exspecta Dominum, e feria 3 post dom. Passionis.
Exsultate Deo, e feria 4 Q. T. septembribus.
Exsurge, Domine, ant. ad processionem ante Missam Rogationum.
Exsurge, quare obdormis, e dom. in Sexagesima.

In medio Ecclesiæ, e Communi doctorum.
In nomine Domini, e feria 4 Maioris Hebdomadæ.
In nomine Iesu, e festo Ss.mi Nominis Iesu.
In virtute tua, e Communi unius martyris non pontificis I.
Intret oratio mea, e sabbato Q. T. Quadragesimæ.
Iudicant sancti, e vigilia Omnium Sanctorum, die 31 octobris.
Iusti epulentur, e festo Ss. Marii et sociorum, die 19 ianuarii.
Iustus ut palma, e Communi confessoris non pontificis II.

Lætabitur iustus, e Communi unius martyris non pontificis II.
Lætetur cor, e feria 5 post dom. IV Quadragesimæ.
Laudate, pueri, e festo Ss. Septem Fratrum martyrum, et Rufinæ ac Secundæ, virg. et mart., die 10 iulii.
Lex Domini irreprehensibilis, e sabbato post dom. II Quadragesimæ.
Loquebar, e Communi virginis et martyris I.
Loquetur Dominus pacem, e festo Ss. Gervasii et Protasii, die 19 iunii.
Lux fulgebit, e Nativitate Domini ad secundam Missam.

Me exspectaverunt, e Communi virginis et martyris II.
Meditatio cordis mei, e feria 6 post dom. IV Quadragesimæ.
Mihi autem, e festo S. Andreæ, die 30 novembris.
Miserere mihi ... conculcavit, e feria 2 post dom. Passionis.
Misereris omnium, e feria 4 cinerum.
Multæ tribulationes, e festo Ss. Viti et sociorum, die 15 iunii.

Ne derelinquas me, e feria 4 post dom. II Quadragesimæ.
Ne timeas, e vigilia S. Ioannis Baptiste, die 23 iunii.
Nos autem gloriari, e feria 5 in Cena Domini.

Omnes gentes, e dom. VII post Pentecosten.
Omnis terra, e dom. II post Epiphaniam.
Os iusti, e Communi confessoris non pontificis I.

Probasti, Domine, e die octava S. Laurentii, die 17 augusti.
Prope es tu, e feria 6 Q. T. Adventus.
Protector noster, e dom. XIV post Pentecosten.
Protestisti me, e Communi unius martyris T. P.

Reminiscere, e dom. II in Quadragesima.
Repleatur os meum, e feria 6 Q. T. Pentecostes.
Requiem æternam, e Missa pro defunctis.
Respice, Domine, e dom. XIII post Pentecosten.
Rorate, cœli, cum ps. 18: Cœli enarrant, e dom. IV Adventus.
Rorate, cœli, cum ps. 84: Benedixisti, e Missa de S. Maria ab Adventu usque ad Nativitatem Domini.

Sacerdotes Dei, e Communi unius martyris pontificis II.
Sacerdtes eius, e festo S. Stephani I, die 2 augusti.
Sacerdotes tui, e Communi confessoris pontificis II.
Salus autem, e Communi plurimorum martyrum III.
Salus populi, e dom. XIX post Pentecosten.
Salve, sancta Parens, e Missa de S. Maria a Pentecoste usque ad Adventum.
Sancti tui, e Communi plurimorum martyrum T. P.
Sapientiam sanctorum, e Communi plurimorum martyrum II.
Scio cui credidi, e festo Conversionis S. Pauli, die 25 ianuarii.
Si iniquitates, e dom. XXII post Pentecosten.
Sicut oculi servorum, e feria 2 post dom. I Quadragesimæ.
Sitientes, e sabbato post dom. IV Quadragesimæ.
Spiritus Domini, e festo Pentecostes.
Statuit, e Communi unius martyris pontificis I,
 vel e Communi confessoris pontificis I.
Suscepimus, e dom. VIII post Pentecosten,
 vel e festo Purificationis B. M. V., die 2 februarii.

Terribilis est, ex Anniversario dedicationis ecclesiæ.
Tibi dixit cor meum, e feria 3 post dom. II Quadragesimæ.
Timete Dominum, e festo Ss. Cyriaci et sociorum, die 8 augusti.

Venite, adoremus, e sabbato Q. T. septembribus.
Venite, benedicti, e feria 4 post Pascha.
Verba mea, e sabbato post dom. III Quadragesimæ.
Vocem iucunditatis, e dom. V post Pascha.
Vultum tuum, e Communi virginum II.

GRADUALIA (GR.)

Adiutor in opportunitatibus, e dom. in Septuagesima.
Adiutor meus, e feria 2 post dom. II Quadragesimæ.
Adiuvabit eam, e Communi virginis et martyris II.
Angelis suis, e dom. I in Quadragesima.
Anima nostra, e Communi plurimorum martyrum II.
Audi, filia, e festo S. Cæciliæ, die 22 novembris.

Beata gens, e dom. XVII post Pentecosten.
Beatus vir qui timet, e Communi unius martyris non pontificis I.
Benedicam Dominum, e dom. XII post Pentecosten.

Benedicta et venerabilis, e Missa de S. Maria a Pentecoste usque ad Adventum.

Benedictus Dominus, e dom. infra octavam Epiphaniæ.

Benedictus es, Domine, e festo Ss.mæ Trinitatis.

Bonum est confidere, e dom. XIV post Pentecosten.

Bonum est confiteri, e dom. XV post Pentecosten.

Christus factus est, e feria 5 in Cena Domini.

Clamaverunt iusti, e Communi plurimorum martyrum III.

Collegerunt, resp. e dom. in Palmis ante processionem.

Concupivit rex, e Communi virginum II.

*Constitues eos, e festo S. Andreæ, die 30 novembris,
vel Ss. Petri et Pauli, die 29 iunii.*

Converttere, Domine, e sabbato Q. T. Quadragesimæ.

Custodi me, e dom. X post Pentecosten.

Deus, vitam meam, e feria 2 post dom. III Quadragesimæ.

Diffusa est gratia, e Communi nec virginis nec martyris.

Dilexisti, e Communi virginis et martyris I.

Dirigatur, e sabbato Q. T. Quadragesimæ.

Dispersit, e vigilia S. Laurentii, die 9 augusti.

Domine, Deus virtutum, e sabbato Q. T. Adventus.

Domine, Dominus noster, e dom. IX post Pentecosten.

Domine, prævenisti, e Communi abbatum.

Dulcis et rectus Dominus, e festo Sacratissimi Cordis Iesu.

Ecce quam bonum, e dom. XXII post Pentecosten.

Ecce sacerdos, e Communi confessoris pontificis I.

Ego dixi: Domine, e dom. I post Pentecosten.

Esto mihi, e dom. VIII post Pentecosten.

Exaltabo te, e feria 4 post dom. Passionis.

Exaltent eum, e festo Cathedræ S. Petri, die 18 ianuarii.

Excita, Domine, e sabbato Q. T. Adventus.

Exultabit cor meum, e festo Immaculati Cordis B. M. V., die 22 augusti.

Exultabunt sancti, e festo Ss. Viti et sociorum, die 15 iunii.

Fuit homo, e vigilia S. Ioannis Baptistæ, die 23 iunii.

Gloria et honore, e Communi unius martyris pontificis II.

Gloriosus Deus, e Communi plurimorum martyrum I.

Iacta cogitatum tuum, e dom. III post Pentecosten.

In Deo speravit, e dom. XI post Pentecosten.

In omnem terram, e festo S. Barnabæ, die 11 iunii.

In sole posuit, e sabbato Q. T. Adventus.

Inveni David, e Communi unius martyris pontificis I.

Iuravit Dominus, e festo S. Gregorii, die 12 martii.

Iustorum animæ, e festo Ss. Marii et sociorum, die 19 ianuarii.

Iustus cum ceciderit, e Communi unius martyris non pontificis, II.

Iustus ut palma, e Communi confessoris non pontificis I.

Lætatus sum, e dom. IV in Quadragesima.

Laudate Dominum, e Missa votiva de Angelis.

Liberasti nos, e dom. XXIII post Pentecosten.

Locus iste, ex Anniversario dedicationis ecclesiæ.

Miserere mei, Deus, e feria 4 cinerum.

Miserere mihi, Domine, e feria 4 post dom. III Quadragesimæ.

Nimis honorati sunt, e vigilia S. Andreæ, die 29 novembris.

Oculi omnium, e festo Corporis Christi.

Os iusti, e Communi doctorum.

Ostende nobis, e feria 6 Q. T. Adventus.

Prope est Dominus, e dom. IV Adventus.

Propitius esto, e sabbato Q. T. Quadragesimæ.

Propter veritatem, e festo Assumptionis B. M. V., die 15 augusti.

Protector noster, e sabbato Q. T. Quadragesimæ.

Quis sicut Dominus, e feria 4 Q. T. septembbris.

Requiem æternam, e Missa pro defunctis.

Respice, Domine, e dom. XIII post Pentecosten.

Sacerdotes eius, e Communi confessoris pontificis II.

Salvum fac populum, e feria 4 post dom. II Quadragesimæ.

Salvum fac servum, e feria 6 Q. T. Quadragesimæ.

Sciant gentes, e dom. in Sexagesima.

Si ambulem, e sabbato post dom. III Quadragesimæ.

Specie tua, e Communi virginum I.

Speciosus, e dom. infra octavam Nativitatis Domini.

Suscepimus, e festo Purificationis B. M. V., die 2 februarii.

Tenuisti manum, e dom. in Palmis.

Timebunt gentes, e dom. III post Epiphaniam.

Timete Dominum, e festo Omnium Sanctorum, die 1 novembris.

Tollite hostias, e feria 5 post dom. Passionis.

Tollite portas, e feria 4 Q. T. Adventus.

Tribulationes, e dom. II in Quadragesima.

Tu es, Deus, e dom. in Quinquagesima.

Unam petii, e feria 6 post cineres.

Universi qui te exspectant, e dom. I Adventus.

Uxor tua, e Missa pro sposo et sponsa.

Venite, filii, e dom. VII post Pentecosten.

VERSUS ALLELUIATICI (AL.)

Adducentur, e Communi virginis et martyris I, vel virginum I.
Adorabo, ex Anniversario dedicationis ecclesiae.
Amavit eum, e Communi doctorum.
Angelus Domini, e feria 2 post Pascha.
Ave, Maria, e Missa de S. Maria ab Adventu usque ad Nativitatem Domini.

Beatus vir, qui suffert, e Communi confessoris non pontificis I.
Beatus vir, qui timet, e Communi confessoris non pontificis II.
Bene fundata est, ex Anniversario dedicationis ecclesiae.
Benedictus es, Domine, e sabbato Q. T. Pentecostes.

Cantate Domino, e dom. XVI post Pentecosten.
Caro mea, e festo Corporis Christi.
Christus resurgens, e dom. IV post Pascha.
Cognoverunt discipuli, e dom. II post Pascha.
Confitebuntur, e Communi unius martyris T. P.
Confitemini ... et invocate, e dom. XIX post Pentecosten.
Confitemini ... quoniam bonus, e Missa Rogationum.
Constitues eos, e Communi summorum pontificum.
Corpora sanctorum, e Communi plurimorum martyrum I.

De profundis, e dom. XXIII post Pentecosten.
De quacumque tribulatione, e festo Patrocinii S. Ioseph, dom. III post Pascha.
Deus iudex iustus, e dom. III post Pentecosten.
Diffusa est gratia, e festo S. Luciae, die 13 decembris.
Dispersit, e festo S. Hieronymi Emiliani, die 20 iulii.
Domine, Deus salutis meae, e dom. XII post Pentecosten.
Domine, exaudi, e dom. XVII post Pentecosten.
Domine, in virtute tua, e dom. V post Pentecosten.
Domine, refugium, e dom. XIII post Pentecosten.
Dominus regnabit, decorem, e Nativitate Domini ad secundam Missam.
Dominus regnabit, exsultet, e dom. III post Epiphaniam.
Dum completerentur, e sabbato Q. T. Pentecostes.

Ego sum pastor bonus, e dom. II post Pascha.
Ego vos elegi, e festo S. Barnabae, die 11 iunii.
Emitte Spiritum tuum, e festo Pentecostes.
Eripe me, e dom. IX post Pentecosten.
Excita, Domine, e dom. III Adventus.
Exivi a Patre, e dom. V post Pascha.
Exultabo, e Missa pro quacumque necessitate.
Exultate Deo, e dom. XI post Pentecosten.

Fac nos innocuam, e festo Patrocinii S. Ioseph, dom. III post Pascha.
Felix es, sacra Virgo, e festo Visitationis B. M. V., die 2 iulii.
Fulgebunt iusti, e festo Ss. Cyriaci et sociorum, die 8 augusti.

VERSUS ALLELUIATICI

Gaudete, iusti, e festo S. Thomae, die 21 decembris.

Hæc est vera fraternitas, e festo Ss. Nerei et sociorum, die 12 maii.
Hæc est virgo sapiens, e Communi virginis et martyris II.
Hic est sacerdos, e Communi unius martyris pontificis II,
vel confessoris pontificis I.

In exitu Israel, e dom. XXI post Pentecosten.
In te, Domine, speravi, e dom. VI post Pentecosten.
Inveni David, e festo S. Silvestri, die 31 decembris.
Iubilate Deo, e dom. infra octavam Epiphaniæ.
Iuravit Dominus, e Communi confessoris pontificis II.
Iusti epulentur, e Communi plurimorum martyrum II.
Iustorum animæ, e festo Ss. Abdon et Sennen, die 30 iulii.
Iustus germinabit, e Communi doctorum.
Iustus ut palma, e Communi abbatum.

Lætatus sum, e dom. II Adventus.
Lauda, Ierusalem, e Missa ad tollendum schisma.
Laudate Deum, e dom. II post Epiphaniam.
Laudate, pueri, e festo Ss. Innocentium, die 28 decembris,
vel e sabbato in albis.
Loquebantur, e feria 2 post Pentecosten.
Loquebar, e festo S. Agathæ, die 5 februarii.

Memento, Domine, David, e festo S. Urbani I, die 25 maii.
Mirabilis Dominus, e festo Ss. Marii et sociorum, die 19 ianuarii.
Mittat vobis, e Missa pro sposo et sponsa.
Multifarie, e die octava Nativitatis Domini.

Nimis honorati sunt, e festo Ss. Simonis et Iudæ, die 28 octobris.
Non vos relinquam, e dom. infra octavam Ascensionis.

O Ioachim sancte, e festo S. Ioachim, confessoris, patris B. M. V., dom.
infra octavam Assumptionis.
O quam bonus, e feria 6 Q. T. Pentecostes.
O quam pulchra, e Communi virginis et martyris II.
Omnes gentes, e dom. VII post Pentecosten.
Oportebat, e dom. III post Pascha.
Ostende nobis, e dom. I Adventus.

Paratum cor meum, e dom. XX post Pentecosten.
Post partum, Virgo, e Missa de S. Maria a Pentecoste usque ad Adventum.

Posuisti, Domine, e Communi unius martyris non pontificis I,
vel unius martyris T. P.
Pretiosa, e Communi plurimorum martyrum T. P.
Propitius esto, e Missa pro quacumque necessitate.
Propter veritatem, e Communi unius martyris non virginis.

Qui posuit fines, e Missa ad tollendum schisma.
Qui sequitur me, e Communi unius martyris non pontificis II.
Qui timent Dominum, e dom. XXII post Pentecosten.
Quinque prudentes virginis, e festo S. Agnetis, die 21 ianuarii.

Redemptionem, e dom. III post Pascha.
Rogavi pro te, e Missa infra oct. Ss. Petri et Pauli, die 3 iulii.

Sancti tui... benedicent, e festo Ss. Fabiani et Sebastiani, die 20 ianuarii.
Sancti tui... florebunt, e Communi plurimorum martyrum T. P.
Sollemnitas, e festo Ss.mi Rosarii B. M. V., dom. I octobris.
Solve, iubente Deo, e festo S. Petri ad Vincula, die 1 augusti.
Specie tua, e Communi virginis et martyris I,
 vel nec virginis nec martyr.
Spiritus est qui vivificat, e sabbato Q. T. Pentecostes.
Spiritus Sanctus docebit vos, e feria 3 post Pentecosten.
Surrexit Christus et illuxit, e dom. V post Pascha.
Surrexit Dominus de sepulcro, e feria 3 post Pascha.

Te decet hymnus, e dom. X post Pentecosten.
Te gloriosus, e festo S. Bartholomaei, die 24 augusti.
Te martyrum, e Communi plurimorum martyrum III.
Timebunt gentes, e dom. XVIII post Pentecosten.
Tollite iugum meum, e festo Sacratissimi Cordis Iesu.
Tu es Petrus, e festo Ss. Petri et Pauli, die 29 iunii.
Tu es sacerdos, e Communi unius martyris pontificis I,
 vel confessoris pontificis I.

Veni, Sancte Spiritus, e festo Pentecostes.
Venite ad me, e festo Omnim Sanctorum, die 1 novemboris.
Venite, exsultemus, e dom. XIV post Pentecosten.
Verba mea, e dom. I post Pentecosten.
Verbo Domini, e feria 4 Q. T. Pentecostes.
Virga Iesse, e Missa de S. Maria a Purificatione usque ad Pascha.

TRACTUS ET CANTICA (TR.)

Ab ortu solis, e Missa votiva de Ss.mo Eucharistiæ Sacramento.
Absolve, Domine, e Missa pro defunctis.
Attende, cœlum, e Sabbato Sancto, post prophetiam XI.
Audi, filia, e Communi virginum I.

Beatus vir, e Communi unius martyris pontificis II.

Cantemus Domino, e Sabbato Sancto, post prophetiam IV.
Commovisti, e dom. in Sexagesima.
Confitemini Domino, e dom. II in Quadragesima.

De profundis, e dom. in Septuagesima.
Desiderium, e Communi unius martyris pontificis I.
Domine, exaudi, e feria 4 Maioris Hebdomadæ.
Domine, non secundum peccata nostra, e feria 4 cinerum.

Emitte Spiritum tuum, e Missa votiva de Spiritu Sancto.

Gaude, Maria Virgo, e Missa votiva de S. Maria a Nativitate Domini usque ad Purificationem.

Iubilate Domino, e dom. in Quinquagesima.

Laudate Dominum, e Sabbato Sancto, ad Missam.

Qui confidunt, e dom. IV in Quadragesima.
Qui seminant, e Communi plurimorum martyrum I.

Sicut cervus, e Sabbato Sancto, ad benedictionem fontis.

Veni, sponsa Christi, e Communi virginis et martyris I.
Vinea facta est, e Sabbato Sancto, post prophetiam VIII.

OFFERTORIA (OF.)

Ad te, Domine, levavi, e dom. I Adventus.
Afferentur ... post eam, e festo S. Agathæ, die 5 februarii.
Afferentur ... proximæ, e Communi virginis et martyris I.
Anima nostra, e festo Ss. Innocentium, die 28 decembris.
Ascendit Deus, e festo Ascensionis Domini.
Ave, Maria I, e dom. IV Adventus,
 vel e Missa votiva de S. Maria a Pentecoste usque ad Adventum.
Ave, Maria II, e festo Immaculatae Conceptionis B. M. V., die 8 decembris.

Beata es, Virgo, e Missa votiva de S. Maria a Pascha usque ad Penticosten.

Benedic, anima mea, e feria 6 Q. T. Quadragesimæ.
Benedicam Dominum, e feria 2 post dom. II Quadragesimæ.
Benedicite, gentes, e dom. V post Pascha.
Benedictus es ... in labiis meis, e dom. in Quinquagesima.
Benedictus qui venit, e sabbato in albis.
Bonum est confiteri, e dom. in Septuagesima.

Confirma hoc, Deus, e festo Pentecostes.
Confitabor tibi, Domine, e dom. Passionis.
Confitebuntur cœli, e Communi unius martyris T. P.
Confortamini, e feria 4 Q. T. Adventus.
Constitues eos, e festo S. Matthiæ, die 24 februarii,
 vel e festo Ss. Petri et Pauli, die 29 iunii.

De profundis, e dom. XXIII post Pentecosten.
Desiderium animæ eius, e Communi abbatum.
Deus, Deus meus, e dom. II post Pascha.
Deus, tu convertens, e dom. II Adventus.
Dextera Domini, sine alleluia, e dom. III post Epiphaniam,
 vel feria 5 in Cena Domini.
Dextera Domini, cum alleluia, e festo Exaltationis S. Crucis, die 3 maii.
Diffusa est gratia, e Communi virginis et martyris II.
Domine, ad adiuvandum me, e feria 5 post dom. IV Quadragesimæ.
Domine, convertere, e dom. II post Pentecosten.
Domine Deus, in simplicitate, ex Anniversario dedicationis ecclesiæ.
Domine, Deus salutis meæ, sine alleluia, e sabbato Q. T. Quadragesimæ.
Domine, Deus salutis meæ, cum alleluia, e sabbato Q. T. Pentecostes.
Domine, exaudi orationem meam, e feria 4 Maioris Hebdomadæ.
Domine, fac tecum, e feria 4 post dom. III Quadragesimæ.
Domine Iesu Christe, e Missa pro defunctis.
Domine, vivifica me, e feria 6 post cineres.

Emitte Spiritum tuum, e sabbato in vigilia Pentecostes.
Exaltabo te, e feria 4 cinerum.
Exaudi, Deus, orationem meam, e feria 2 post dom. III Quadragesimæ.
Expectans exspectavi, e dom. XV post Pentecosten.
Exultabunt sancti, e Communi plurimorum martyrum II.

Factus est Dominus, e sabbato post dom. IV Quadragesimæ.
*Felix namque es, e Missa votiva de S. Maria a Nativitate Domini usque
ad Purificationem.*
Filiæ regum, e Communi virginum I.

Gloria et honore, e Communi unius martyris non pontificis I.
Gloriabuntur, e festo Ss. Ioannis et Pauli, die 26 iunii.
Gressus meos, e sabbato post dom. III Quadragesimæ.

Illumina oculos meos, e dom. IV post Pentecosten.
Immittet angelus, e dom. XIV post Pentecosten.
Improperium exspectavit, e festo Sacratissimi Cordis Iesu.
In omnem terram, e festo S. Thomæ, die 21 decembris.
In te speravi, e dom. XIII post Pentecosten.
In virtute tua, e Communi confessoris non pontificis II.
Intende voci, e feria 6 post dom. III Quadragesimæ.
Inveni David, e Communi unius martyris pontificis II,
 vel e Communi confessoris pontificis I.
Iustitiae Domini, e dom. III in Quadragesima.
Iustorum animæ, e Communi plurimorum martyrum III.
Iustus ut palma, e Communi doctorum.

Lætamini, sine alleluia, e festo Ss. Fabiani et Sebastiani, die 20 ianuarii.
Lætamini, cum alleluia, e Communi plurimorum martyrum T. P.
Lauda, anima mea, e feria 6 Q. T. Pentecostes.

Laudate Dominum, e dom. IV in Quadragesima.
Levabo oculos meos, e feria 2 post dom. I Quadragesimæ.

Meditabor, sine alleluia, e dom. II in Quadragesima.
Meditabor, cum alleluia, e feria 4 Q. T. Pentecostes.
Mihi autem, e festo S. Andreæ, die 30 novembris.
Mirabilis Deus, e Communi plurimorum martyrum I.
Miserere mihi, e feria 3 post dom. II Quadragesimæ.

Oratio mea, e vigilia S. Laurentii, die 9 augusti.
Oravi Deum meum, e dom. XVII post Pentecosten.

Perfice gressus meos, e dom. in Sexagesima.
Populum humilem, e dom. VIII post Pentecosten.
Portas cœli, e feria 4 post Pascha.
Posuisti, e Communi unius martyris non pontificis II.
Precatus est, e dom. XII post Pentecosten.

Recordare mei, e dom. XXII post Pentecosten.
*Recordare, Virgo Mater, e festo Septem Dolorum B. M. V., feria 6
post dom. Passionis.*

Sanctificavit, e dom. XVIII post Pentecosten.
Si ambulavero, e dom. XIX post Pentecosten.
Sicut in holocausto, e dom. VII post Pentecosten.
Sperent in te, e dom. III post Pentecosten.
Stetit Angelus, e dedicatione S. Michaelis, die 29 septembris.
Super flumina, e dom. XX post Pentecosten.

Veritas mea, e Communi unius martyris pontificis I,
 vel confessoris non pontificis I.

COMMUNIONES (CO.)

Acceptabis, e dom. X post Pentecosten.
Alleluia, ut notatur pro Laudibus ad Vigiliam paschalem.
Amen dico vobis: Quidquid, e dom. XXIII post Pentecosten.
Amen dico vobis: Quod uni, e feria 2 post dom. I Quadragesimæ.
Amen dico vobis: Quod vos, e Communi confessoris non pontificis II.
Aufer a me, e feria 6 Q. T. septembris.

*Beata viscera, e Missa votiva de S. Maria a Pentecoste usque ad Ad-
ventum.*
Beati mundo corde, e festo Omnium Sanctorum, die 1 novembris.
Beatus servus, e Communi confessoris non pontificis I.
Benedicite, omnes angeli, e dedicatione S. Michaelis, die 29 septembris.

Cantate Domino, e dom. V post Pascha.
Christus resurgens, e feria 4 post Pascha.

Comedite pingua, e feria 4 Q. T. septembbris.
Confundantur superbi, e Communi virginis et martyris I.

Data est mihi, e feria 6 post Pascha.
De fructu, e dom. XII post Pentecosten.
Dicit Andreas, e vigilia S. Andreæ, die 29 novembbris.
Dicit Dominus: Implete hydrias, e dom. II post Epiphaniam.
Dicite: Pusillanimes, e dom. III Adventus.
Dico autem vobis, e Communi plurimorum martyrum II.
Dico vobis: Gaudium, e dom. III post Pentecosten.
Diffusa est gratia, e festo S. Annæ, die 26 iulii.
Dilexisti iustitiam, e Communi nec virginis nec martyris.
Domine, Dominus noster, e feria 2 post dom. II Quadragesimæ.
Domine, quinque talenta, e festo S. Petri Chrysologi, die 4 decembbris.
Domine, quis habitabit, e feria 3 post dom. III Quadragesimæ.
Dominus dabit benignitatem, e dom. I Adventus.
Dominus firmamentum meum, e dom. IV post Pentecosten.
Dominus regit me, e sabbato post dom. IV Quadragesimæ.
Domus mea, ex Anniversario dedicationis ecclesiæ.
Dum venerit Paraclitus, e dom. IV post Pascha.

Ecce Dominus veniet, e feria 6 Q. T. Adventus.
Ecce Virgo, e dom. IV Adventus.
Ego clamavi, e dom. XXII post Pentecosten.
Ego sum pastor bonus, e dom. II post Pascha.
Ego vos elegi, e festo Ss. Primi et Feliciani, die 9 iunii.
Et si coram hominibus, e Communi plurimorum martyrum I.
Exulta, filia Sion, e Nativitate Domini ad secundam Missam.

Feci iudicium, e Communi virginis et martyris II.
Fidelis servus, e Communi confessoris pontificis I.
Fili, quid fecisti, e dom. infra octavam Epiphanie.

Gaudete, iusti, e Communi plurimorum martyrum T. P.
Gloriosa, e festo Immaculatae Conceptionis B. M. V., die 8 decembbris.
Gustate et videte, e dom. VIII post Pentecosten.

Hoc corpus, e dom. de Passione.
Honora Dominum, e dom. XI post Pentecosten.

Ierusalem, quæ ædificatur, e dom. IV in Quadragesima.
Ierusalem, surge, e dom. II Adventus.
Illumina faciem tuam, e dom. in Septuagesima.
In salutari tuo, e dom. XXI post Pentecosten.
Inclina aurem tuam, e dom. VII post Pentecosten.
Introibo, e dom. in Sexagesima.
Iustorum animæ, e festo Ss. Marcellini et sociorum, die 2 iunii.
Iustus Dominus, e feria 4 post dom. II Quadragesimæ.

Lætabimur, e feria 3 post dom. IV Quadragesimæ.
Lætabitur iustus, e Communi unius martyris T. P.
Lavabo, e feria 4 post dom. Passionis.
Lutum fecit, e feria 4 post dom. IV Quadragesimæ.
Lux æterna, e Missa pro defunctis.

Magna est gloria eius, e vigilia unius apostoli.
Manducaverunt, e dom. in Quinquagesima.
Memento verbi tui, e dom. XX post Pentecosten.
Mense septimo, e feria 4 Q. T. septembbris.
Mirabantur omnes, e dom. III post Epiphaniam.
Mitte manum tuam, e dom. in albis.
Modicum, e dom. III post Pascha.
Multitudo languentium, e festo Ss. Fabiani et Sebastiani, die 20 ianuarii.

Narrabo, e feria 3 post dom. II Quadragesimæ.
Nemo te condemnavit, e sabbato post dom. III Quadragesimæ.
Non vos relinquam orphanos, e feria 6 Q. T. Pentecostes.
Notas mihi fecisti, e feria 4 post dom. III Quadragesimæ.

Omnes qui in Christo baptizati estis, e sabbato in albis.
Oportet te, e sabbato post dom. II Quadragesimæ.
Optimam partem, e festo Assumptionis B. M. V., die 15 augusti.

Pacem meam, e feria 4 Q. T. Pentecostes.
Panem de cælo, e dom. XIII post Pentecosten.
Panis quem ego dedero, e dom. XV post Pentecosten.
Pascha nostrum, e dom. Resurrectionis.
Passer invenit, e dom. III in Quadragesima.
Pater, cum essem, e dom. infra octavam Ascensionis.
Petite, cum alleluia, e Missa Rogationum.
Petite, sine alleluia, e Missa votiva pro remissione peccatorum.
Populus acquisitionis, e feria 5 post Pascha.
Posuerunt, e festo Ss. Basilidis et sociorum, die 12 iunii.
Posuisti, e Communi unius martyris pontificis II.
Primum quærite, e dom. XIV post Pentecosten.
Principes, e Communi martyr non virginis.

Qui biberit aquam, e feria 6 post dom. III Quadragesimæ.
Qui manducat, e dom. IX post Pentecosten.
Qui meditabitur, e feria 4 cinerum.
Qui mihi ministrat, e Communi unius martyris non pontificis II.
Qui vult venire, e Communi unius martyris non pontificis I.
Quicumque fecerit, e festo Ss. Quadraginta Martyrum, die 10 martii.
Quinque prudentes virgines, e Communi virginum I.
Quis dabit, e feria 2 post dom. III Quadragesimæ.
Quod dico vobis, e Communi plurimorum martyrum III.

Redime me, e feria 3 post dom. Passionis.
Responsum, e festo Purificationis B. M. V., die 2 februarii.
Revelabitur, e vigilia Nativitatis Domini, die 24 decembbris.

Semel iuravi, e Communi unius martyris pontificis I.
Servite Domino, e feria 6 post cineres.
Si consurrexistis, e feria 3 post Pascha.
Signa, e festo Ss. Cyriaci et sociorum, die 8 augusti.
Simile est regnum cœlorum, e Communi virginis II.
Simon Ioannis, e vigilia Ss. Petri et Pauli, die 28 iunii.
Spiritus qui a Patre procedit, e feria 3 post Pentecosten.
Spiritus Sanctus docebit vos, e feria 2 post Pentecosten.
Spiritus ubi vult spirat, e sabbato Q. T. Pentecostes.
Surrexit Dominus, e feria 2 post Pascha.

Tanto tempore, e festo Ss. Philippi et Iacobi, die 1 maii.
Tolle puerum, e dom. infra octavam Nativitatis.
Tollite hostias, e dom. XVIII post Pentecosten.
Tu mandasti, e dom. XIX post Pentecosten.

Unam petii, e dom. V post Pentecosten.
Unus militum, e festo Sacratissimi Cordis Iesu.

Venite post me, e festo S. Andreæ, die 30 novembris.
Videns Dominus, e feria 6 post dom. IV Quadragesimæ.
Video cœlos apertos, e festo S. Stephani, die 26 decembbris.
Visionem, e festo Transfigurationis Domini, die 6 augusti.
Vos qui secuti estis me, e festo S. Matthiæ, die 24 februarii.
Vos qui secuti estis me ... dicit Dominus, e festo S. Bartholomæi, die 24 augusti.

HYMNUS

Benedictus es, e sabbato Q. T. Adventus.

PROPRIUM DE TEMPORE

Locus singulorum cantuum in Graduali Romano indicatur supra, pp. 13-26.
 In omnibus Missis de Tempore eligi potest pro opportunitate, loco cuiusvis cantus diei proprii, alias ex eodem tempore.

TEMPUS ADVENTUS

1

Hebdomada prima Adventus

Ut in Graduali Romano, dom. I Adventus
Ad comm.: ps. 84, 2. 3. 4. 5. 7. 8. 10. 11. 12¹

Quando infra hebdomadam Missa de feria celebratur, adhibentur usque ad diem 16 decembris cantus dominicæ præcedentis, cum facultate cantandi *Alleluia* loco Gradualis.

Hac hebdomada, cantus ad lectiones apti invenientur infra, n. 139:
fer. 4, 5, 6²

2

Hebdomada secunda Adventus

Ut in Grad. Rom., dom. II Adventus

Ad comm.: ps. 147*, 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19. 20
fer. 2, 3, 4, 6

3

Hebdomada tertia Adventus

Ut in Grad. Rom., dom. III Adventus

Ad comm.: cant. Isaiæ 35, 1. 2 cd. 2 ef. 3. 5. 6 ab. 6 cd. 7 ab
B² fer. 4, 6

A die 17 decembris cantus sic ordinantur, *Alleluia* vero ad libitum de Tempore electo (cf. etiam infra nn. 10 et 11):

4

Feria secunda

IN. *Prope es tu*

GR. *Tollite portas*

OF. Confortamini

CO. *Ecce Dominus veniet*, cum ps. 49*, 1. 2-3 a. 3 bc. 4. 5. 6

5

Feria tertia

IN., GR. *A summo cœlo.* OF. et CO. e sabbato O.T. Adventus


Ad comm.: ps. 18, 2, 3, 4, 5, 6 ab

6

Feria quarta

IN. *Memento nostri Domine:*

Sext. C



Memén- to * nostri, Dó- mi-ne, in beneplá- ci-to pópu-li

¹ Cf. Prænotanda, nn. 22-23.

² Cf. *idem*, n. 20.

tu-i: ví-si-ta nos in sa-lu-tá-ri tu-o, ad vi-déndum in
 boni-tá-te e-lectó-rum tu-ó-rum in læ-tí-ti-a gentis
 tu-æ, ut laudé-ris cum he-re-di-tá-te tu-a. Ps. Confi-témi-
 ni Dómino quóni-am bonus: quóni-am in sácu-lum mise-ri-cór-
 di-a e- ius.

GR. *In sole posuit*
OF. *Audi, Israel:*

Sext. R
 VIII Au-di, * Isra-el: Ecce vé-ni-o, e-go
 Dó-minus, et absól-vo peccá-ta ple-
 bis tu-æ.

CO. *Veni, Domine:*

I Ve-ni, Dómi-ne, * et no-li tardá-re: re-lá-xa fa-cí-
 no-ra ple-bis tu-æ.
 cum ps. 84, 2. 3. 4. 5. 7. 8. 10. 11. 12. 14

7 **Feria quinta**

Ut supra feria 2 (n. 4), præter:
GR. *Ostende nobis*

8 **Feria sexta**

Ut supra feria 3 (n. 5), præter:
GR. *Domine Deus virtutum*

9 **Sabbato**

Ut supra feria 4 (n. 6), præter:
GR. *Excita, Domine*

Cantus ad lectiones apti pro diebus 19 et 20 decembris:

10 **Die 19 decembris**

IN. *Ne timeas, Zacharia.*

11 **Die 20 decembris**

OF. et CO. e dom. IV Adventus

12 **Dominica quarta Adventus**

Ut in Grad. Rom.
Ad comm.: ps. 18*, 2. 3. 4. 5. 6. 7

13 **Die 24 decembris, ad Missam matutinam**

In fériis, una ex Missis supra notatis pro fériis
In dominica vero, Missa de dom. IV Adventus

Paris BN, ms lat. 780

a pō- pu- li cir- cum- dántis me.
cum ps. 3. 2. 3. 4. 6-7b. 9

Hebdomada prima Quadragesimæ**34****Dominica**

Ut in Grad. Rom.

Ad comm.: ps. 90, 1. 2. 3. 11. 12. 13. 14. 15. 16

35**Feria secunda**

Ut in Grad. Rom.

Ad comm.: ps. 144*, 1. 5. 10. 11. 12. 13ab. 15. 16

36**Feria tertia**

Ut in Grad. Rom.

Ad comm.: ps. 4, 3. 4. 5. 6a. 6b-7. 8

37**Feria quarta**

Ut in Grad. Rom.

Ad comm.: ps. 5, 4bc. 5-6. 7. 8. 12ab. 12bc. 13

38**Feria quinta**IN. *Verba mea*OF. *Recordare mei*CO. *Petite et accipietis, sine alleluia,* cum ps. 30*, 2. 3ab. 3cd. 4. 5. 8ab. 8c-9**39****Feria sexta**

Ut in Grad. Rom.

Ad comm.: ps. 6, 2. 3. 4. 5. 6. 7

40**Sabbato**IN. *Lex Domini*

OF. et CO. ut in Grad. Rom.

Ad comm.: ps. 7, 3. 9bc. 11. 18

Hebdomada secunda Quadragesimæ**41****Dominica**IN. *Tibi dixit* (vel *Reminiscere*, ut in Grad. Rom.)GR. *Sciant gentes*TR. *Commovisti*OF. *Meditabor*, ut in Grad. Rom.CO. *Visionem*, cum ps. 44*, 2ab. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 18ab
vel ps. 96*, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 11. 12**42****Feria secunda**

Ut in Grad. Rom., præter:

GR. *Propitius esto*

Ad comm.: ps. 8, 2c. 3. 4. 5. 6-7a. 7b-8. 9

43**Feria tertia**

Ut in Grad. Rom., præter:

IN. *Exsurge, quare obdormis*

Ad comm.: ps. 9, 4. 5. 10. 11. 12. 13. 14. 15

44**Feria quarta**

Ut in Grad. Rom.

Ad comm.: ps. 10, 1. 2. 3. 4ab. 4cd. 5

45**Feria quinta**

Ut in Grad. Rom., præter:

GR. *Beatus vir*OF. *Domine, ad adiuvandum me festina*

Ad comm.: ps. 118*, 1. 2. 11. 49. 50. 72. 103. 105. 162

46**Feria sexta**

Ut in Grad. Rom.

Ad comm.: ps. 11, 2. 3. 4. 5. 6. 7

47**Sabbato**

Ut in Grad. Rom., præter:

IN. *Intret oratio mea*

Ad comm.: ps. 31*, 1. 2. 3. 5ab. 5cd. 8. 10. 11

Hebdomada tertia Quadragesimæ**48****Dominica**

Ut in Grad. Rom., cum ad libitum:

IN. *Dum sanctificatus fuero*Ad comm. *Passer invenit*: ps. 83, 2-3a. 3b. 9. 10. 11. 12. 13

Quando legitur Evangelium de Samaritana:

CO. *Qui biberit aquam*, cum cant. Isaiæ 12*, 1. 2ab. 2cd. 3. 4ab. 4cd. 5. 6

Melodia altera:

Sext. RBCKS

VII

Qui bibe-rit aquam, * quam e-go do, di-cit Dóminus Sama-
ri-tá- næ, fi- et in e- o fons aquæ sa-li- én-tis in vi-tam æ-
té- nam.

49**Feria secunda**

Ut in Grad. Rom., præter:

GR. *In Deo speravit*

Ad comm.: ps. 13, 1. 2. 3. 6

50**Feria tertia**

Ut in Grad. Rom., præter:

OF. *Sicut in holocausto*

Ad comm.: ps. 14, 2b-3a. 3bc. 4ab. 4c-5ab

51**Feria quarta**

Ut in Grad. Rom., præter:

IN. *Meditatio cordis mei*

Ad comm.: ps. 15, 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10

52**Feria quinta**

Ut in Grad. Rom., præter:

GR. *Beata gens*

Ad comm.: ps. 118, 1. 2. 3. 8. 9. 26. 59. 60. 134. 168

53**Feria sexta**

Ut in Grad. Rom., præter:

GR. *Bonum est confidere*CO. *Ego clamavi*, cum ps. 16, 1ab. 1cd. 2. 3. 5. 7. 8-9a. 15**54****Sabbato**IN. *Exsurge, Domine*GR., OF. et CO. e feria 2 post
dom. Passionis

Ad comm.: ps. 23, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7

Hebdomada quarta Quadragesimæ**55****Dominica**

Ut in Grad. Rom.

Ad comm. *Ierusalem*: ps. 121, 1. 2. 5. 6. 7. 8. 9

Quando legitur Evangelium de cæco nato:

CO. *Lutum fecit*, cum ps. 26*, 1a. 1b. 4abc. 4de. 5. 6ab. 6cd. 9ab.
9cd. 10. 13

Quando legitur Evangelium de filio prodigo:

OF. *Illumina*CO. *Oportet te*, cum ps. 31*, 1. 2. 3. 5ab. 5cd. 8. 10. 11**56****Feria secunda**

Ut in Grad. Rom., præter:

IN. *Ego autem ... speravi*GR. *Exaltabo te*

Ad comm.: ps. 18, 2. 3. 4. 5. 8. 15ab

57**Feria tertia**IN. *Sitientes*

GR. et OF., ut in Grad. Rom.

CO. *Dominus regit me*, cum ps. 22, 3b. 4ab. 4cd. 5ab. 6ab. 6cd**58****Feria quarta**IN. *Exaudi, Deus*GR. *Venite, filii*OF. *Benedicte, gentes, sine alleluia*CO. *Lætabimur*, cum ps. 19, 2. 3. 4. 5. 7. 8**59****Feria quinta**

Ut in Grad. Rom., præter:

OF. *Precatus est*

Ad comm.: ps. 70, 1. 2. 3. 5. 6. 12. 14. 23

60

Feria sexta

- IN. *Deus in nomine tuo*
OF. *Populum humilem*
CO. *Dico vobis: Gaudium est, cum ps. 31*, 1. 2. 3. 4. 5ab. 7. 8. 10. 11*

61

Sabbato

- IN. *Circumdederunt me*
CO. *Dominus firmamentum meum, cum ps. 17, 3c. 4. 5. 6. 7ab. 28. 29. 33. 35*

Hebdomada quinta Quadragesimæ

62

Dominica

Ut in Grad. Rom., dom. de Passione, præter:

Quando legitur Evangelium de Lazaro:

CO. *Videns Dominus, cum ps. 129*, 1-2a. 2bc. 3. 4. 5-6a. 6b-7a. 7bc. 8*

Quando legitur Evangelium de muliere adultera:

CO. *Nemo te condemnavit, cum ps. 31*, 1. 2. 3. 5ab. 5cd. 8. 10. 11*

Quando legitur aliud Evangelium:

